

*Initium del. Petri Bohier
vni. Karol. V. non. Fructuosius.
(Cod. Barberin. XII. 27 fol. 9.)*

Karolo christianissimo principi deique gratia Francorum
regi Petrus serenitatis tue humilis cappellanus tuusque
orator minus idoneus pacificare militantem ecclesiam
mererique meritis triumphantem.

Signus es, domine mi Rex, accipere librum et solvere signa-
cula eius, ut in apocalypsi regi regum Iohannes infert aposto-
lus. Meritum enim quisillum hesitet codicem acceptare
ipsamque aperire, solerti qui studio scripturas querit
ab habentibus cum sagacitate, scripturas capit a docto-
ribus cum capacitate scripturasque legit in codicibus
cum aviditate? Serenitatis quoque tue sagacitas Ptole-
mei quondam regis Aegypti probatur voto succedere,
qui librorum milia centum voluminum habere se as-
seruit brevi tempore successuro. Tu enim capacitate
Iulii Caesaris scripturarum carpio sensum altivolum,
qui prolata doctorum sententia eandem perurgebat sub-
tilius. Aride nempe legis et codices, Karoli magni tui
incliti patris sequens vestigium. Lectionem enim toto
die triphariam audiebat ipse attentim, etiam si tunc
esset profecturus in proelium. Tu forum quoque sunt
huius libri signacula ex metalli materia fabricata mo-
raliter. Unum nempe comprobatur aureolum, quo in-
quam soluto, rutilans status priscorum Romanorum
pontificum tam confessorum quam martirum tamque
bonorum quam minus utilium usque ad secundum
papam Innocentium patebit ad sextum. Alterius
vero signaculi, argenti resonancia fabricati, pandet
solucio dotatores ipsius ecclesie qui fuere, eam
construendo ex lapidibus, post dotando illam im-
mobilibus ac ipsam pretiosis ornando localibus.